

bulis clarissima habes vestigia <sup>a)</sup>, incremente vero republica quot datae sint de singulis iudiciorum formulis quis est, qui nesciat? Instituta fuerunt iudicia privata et publica: actionum mysteria inventa: singulis legibus quae dubia videbantur ordinata <sup>b)</sup>!

Labente dein imperio et ad tyrannidem abducto labi itidem incepit cum ipso iure res iudiciaria: ab unius enim nutu et militari imperio, non legibus aut iudiciorum ordine omnia pendere: sed qui restaurando imperio operam navabant imperatores primum Hadrianus <sup>c)</sup>, dein Valentinianus III <sup>d)</sup> et Theodosius  
fius

---

<sup>a)</sup> Eleganter, uti solet, tractavit hunc locum Jan. Vincent. Gravina Orig. Jur. Civ. Lib. II. §. 65. p. 250. seqq. Edit. Mascov.

<sup>b)</sup> Clarissimus est de antiqua Romanorum rei iudiciariae forma CAROLI BRETI Ordo perantiquus iudiciorum civilium. Paris. 1604. 4. Formam ipsam Processus Romani breviter sed luculenter descripsit STRYK in diss. Processus Juris R. antiquus, Hal. 1698. cap. 4.

<sup>c)</sup> Huius leges contulit BOTTEREAU in Hadriano Legislatore. Paris. 1604. 8.

<sup>d)</sup> Quae de re iudiciaria a Theodosio instituta sint docet JACOBUS GOTHOFRED. in Comm. ad L. 1. Cod. Theod. de respons. prud. faciem rei iudiciariae  
ante